Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

VI

spondet host. R. si habeat unum
beneficium sufficiens vel plura
sine dispensatione obstabit
exceptio ut ex. e. c. Cum tenerem
et de rescriptis postulasti secundum
Zuino et Henricum de Ganda
nec valet dispensatio pa-
pe de pluralitate ubi secundum
statum persone unum sufficit
Et ad hoc sunt plura alia iu-
ra. si dicatur quod consuetum serva-
tur de facto. Respondet non
est qui opponat nec debet
attendi quod sit secundum illud quod
fieri debet ut ex. de consue.
c. fi. et de elec. Cum causam
secundum quam gregorius hec host. ti. de
rescriptis. Utrum habens plures pre-
bendas vel plura beneficia
curam animarum habentia vel plures
personatus retinere possit quod
maluit. Respondet Goff. quod non
quia primum vacat ut dictum
est supra secundum enim. Et
si utrumque retinere contendit
utroque carebit ut in c. de mul-
ta et ar. vi. q. i. Quoniam episcopus
Et tamen in culpa fuit accipien-
do utrumque optionem non de-
bet habere ut ff. de testa.
l. tutor nec obstat ex. e. c. re-
ferente quia ibi docetur qua-
liter superior circa huiusmodi graciose
procedere potest vel illa op-
tio locum habet secundum vete-
ra iura sed hodie locum non habet
Sed numquid episcopus dispen-
sare potest in pluralitate beneficio-
rum. Respondet scripsit Io. quod
sic in eadem dioc. lxx dis.

Sanctorum. Sed non in diversis
et hoc propter impossibilitatem iurium
Ratio quia cum clericus huiusmodi bene-
ficia in diversis episcopatibus tenetur
ordinariis racione ab uno eadem
racione et ab altero tenetur etiam
utrique obedire quod esse non pos-
set si contraria preciperent. Sed
hanc perplexitatem solus papa potest
tollere qui eo ipso quod dispen-
sat cum aliquo quod possit plura
beneficia in episcopatibus diversis
obtinere videtur ei concedere
quod possit cui maluit obedire
Sed secundum Goff. nec in eo-
dem nec in diversis episcopatibus
potest hoc aliquis nisi papa
dispensare et ita curia tenet
et ipse dicit. Sed scienter ante
quod in certis casibus potest quis
habere plures ecclesias parro-
chiales vel etiam personatus.
Unus est quando una ecclesia depen-
det ab altera ex. de elec.
dudum. § ult. Secundus quando
habet unam intitulatam et al-
teram recommendatam ut ibidem.
Sed tunc videtur quando com-
mendata posset auferri
quandocumque videretur prelato
nisi commendata esset ad
certum tempus ex. de commu.
ce. Tercius est ubi ecclesia est
tenuis in redditibus ex. de
eta. et qua. Cum ce. et
de preben. exposuisti. Quar-
tus ubi clericus dignus raro in-
venitur. Quintus ubi dis-
pensatur per sedem apostolicam
ut in c. dudum § nos igitur. Sextus

303